

1607 FRAN. PETRARCH.  
FRANCISCI PE-  
TRARCHÆ V. C. RE-  
RVM MEMORAN-  
DARVM,

LIBER III.

DE SOLERTIA.

Cap. I.



Vpere est acumen animi, so-  
lertiâque rerum gerenda-  
rum, quam solam Pruden-  
tiam vulgus appellat: Qua  
in re, primo Romanæ li-  
bertatis auctori, primus  
quoque locus dabitur. Lucius Iunius Bru-  
tus, Tarquinij Superbi, auunculi sui natu-  
ram & mores ab adolescentia contempla-  
tus, cum omnem illi virtutis habitum o-  
diosum ac formidabilem videret, ob eam  
que suspicionem iuventutis præcipuum  
florem, & in primis fratrem suum crude-  
litate extinctum, quod vnum sibi de spe  
Reip. consilium erat, à Solertia mutuatus  
est, verbis atque actibus delirantis spe-  
ciem induit, vnóq; item altero ridiculo-  
sus admissio, affectatæ vecordiæ breui fi-  
dem fecit. Supervacuum visum est fer-

rum